

B. N. II, 162.

f. 43, 14

X 1879309

579  
1  
II K  
2778

Q. D. B. V.  
EX POLITICIS

De

# Succefsione Primo-

geniti,

SUB PRÆSIDIO

M. JOHANNIS FRIDERICI Horns

PUBLICÆ DISPUTABIT,

GEORGIUS RUDOLPHUS à MAXEN

EQU: LUSATUS.

A. D. XIII, APRIL. HOR. POMERID.

WITTEBERGÆ,

Typis JOBI WILHELMI FINCELII.

Anno cl̄o CLXI.

UNIVERSITÄT WITTEBERG  
BIBLIOTHEK

*Generoso, Magnifico & maximè Strenuo*

VIRO

**Domino Heinricho à Mezrad, Serenif.**

simi ac Potentissimi Electoris Saxoniae Consiliario  
meritissimo, per Marchionatum superiorem Lusatiae Summae praefe-  
cturae Administratori dignissimo, & Capitaneo gravissi-  
mo, hereditario in **Malschwitz/Plischko-**  
**witz & Doberchwitz.**

ut &

*Generoso & Strenuissimo*

VIRO

**Domino VVolffgango Friderico**


à Nostitz, Ducatus Gorlicensis Seniori & Consiliario  
gravissimo, hereditario in **Rengersdorff/Wiesa &c.**

*Domini, Fautoribus & Patro-*  
*nis suis maximis*

dat, dicat Dedicat.



G. R. à Maxen.



FELICITER!

**S**implex imperiorum fons & una scaturigo est ; sed formæ deductionum variant : dum plura quasi divortia per distinctos canales ac tubos Majestatem deferunt atq; derivant. Videas sæpenumerò violento molimine , & bellico instrumento, quin parricidali manu invadi sceptrā ; eademq; non rarò inperscrutabili quâdam factorum lege sic disponente , grassatorum , latronum , publicæq; libertatis oppressorum libidini permitti. Alij populi, quibus pacatiores tempestates propitium Numen aspirat, quasi arbitri summæ potestatis conferendæ, in consortium liberioris judicij vocantur : sumpturi in Regem , quemcunq; vel unanimi suffragio , vel ex præscripto patriæ consuetudinis destinaverint. Non desunt veterarum memoriarum documenta , quibus evincere licet, DEUM præsentiori manu direxisse negotium , & quasi ipsissimum Electorem, non aliorum ope aut interventu hominum usum, deduxisse in electum regale axioma. Nominando interdum sine ambagibus, & præficiendo insimul suo populo, quem elegerat : non infrequenter, sortis indicio, cum aliqua circuitione, conferendo Diadema. Usu venire solet pariter, ut in collatione Majestatis quasi sedeat, & cessans quiescat DEUS; nec populo tamen statuen- di Principis judicium largiatur : sed imperantibus eam facultatem tribuat, qua & regnent ipsi, & filios posterosq; ex se procreatos successores regij solij relinquunt. Hi sunt modorum potissimi, quibus Majestas, cujus una causa DEUS est, & transfundi & acquiri consuevit. Sed non vacat omnes singulosq; penitâ recensione persequi : nobis in præsentiarum satis erit, successionum, quæ primigenium Regem proclamant, indolem atq; naturam paulò accuratiori commentatione indagare.

II. Satis constat, dignitatem quandam & præminentiam primigeniis propriam fuisse; quam ex diversis indicijs passim auctores colligunt. Apud Judæos eum viguisse morem, ut primogenitus omnia duplicia in bonis paternis & hæreditatibus obti-

A

nue-

(a) Deut.  
XXI. 17

(b) 4. 6.

(c) Praef. de  
Jure pri-  
mig. §. 17. 18.

nuerit, ex Sacris patet. (a) Cujus Josephus (b) quoque auctor est. Sane honoratiorem locum, & vestem peculiarem concessam, observat Andreas Tiraquellus (c); quam spirituales interpretatur, ob sacrificiorum, quæ obibant, singulare decus; eamque pretiosam, & odoriferam fuisse, putat. Sed id multò maximum privilegium censendum est, quod regna Primogenitis fuerint, quasi ex debito, transmissa per successionem. Successionum quidem non unum genus est. Dum aliquando conventionis pactum regnum devolvit in alterum; sæpius proximitas sanguinis charissimo agnato eam prærogativam impertit. Ibi donatoris liberalitas, aut testatoris benevolentia, vel conjugum arctius foedus imperia transfert. Sed de consanguineis successoribus tantum agendum erit. Prostant & hodieque exempla, & omnium temporum memoriæ id narrent, quæ Patrum sceptrâ filijs commissa passim testantur, quasi hæreditaria quadam traditione. Neque id perturbatâ confusione promiscuè agi cernimus, omni sublato ætatum discrimine: id obtinet potius, ut exclusis plerumque reliquis omnibus, unus quem primum pater genuit, imperii capax habeatur.

III. Consuetudine plerarumque gentium, Primogenitum ad sceptrum & paternum solium mitti, dubio caret. Tamque pertinax hujus sive legis, sive moris observantia populorum animos invasit, ut rarissima ex omni ævo depromi queant testimonia, quæ in contrarium vergant: eaque damnata interim auctorum judicijs cognoscimus. Nihil attinet nunc Ægyptiorum, Syrorum, Parthorum, Persarum, Græcorum, Macedonum, aliarumque gentium instituta sollicitare; quæ ingenti conatu prolixissimâ serie communiter adducuntur ab ijs, qui huic tractationi manum admoverunt. Herodotus certè in Polymnia, id apud universos homines sanctum esse affirmat, *ut maximus natu liberorum obtineat Principatum*. Et abuti videri otio possem, si satis in vulgus nota, quæ præter omnium oculos eunt, operosâ narratione vellem persequi. Id sublimioris indaginis arbitror opus esse, penetrasse in rationes, quæ primogenito regale sceptrum asserunt. Aliquod jus subesse huic negotio, facillè suspicabitur, qui perpendet secum, non posse fortuito illud & sine rationis directricis dictamine fieri, quod in civilibus

libus æquabilem actionem, & sibi semper similem apud plerasq; gentes faciem ostentat. Sed quæ indoles atq; natura hujus juris sit, dubitanter admodum pronunciaſſe Scriptores invenio: aliquibus jus naturæ ac sanguinis; alijs jus gentium allegantibus; alijs alia laudantibus scita.

IV. Ut præferatur alijs primogenitus, id verò juris eſſe, complurium auctorum testimonio comprobatur Tiraquellus, (d) varijs adjectis argumentis. Non abs re, qui nomina rebus impoſuerunt, *Principis* vocabulo, & eum qui regnum, imperium, potestatem, principatum obtinet, & *primum* ſignificare voluiſſe. Tanquam apud omnes gentes is, qui primus eſt liberorum, idem & principatum ante cæteros obtinere debeat. Accedit tenerrimus ille parentum affectus, quo proſequuntur primam illam ſui propaginem, cæteris ſubſequentibus non tam impenſè adamat. Cujus ratio in brutis ſibi locum facit; amantibus inſigniter primum foetum. Quod ex Homero, Plinio, Æliano, Tzetze comprobatur. Sive conjunctiores ſibi invicem ſint; (unde ſyderalis ſcientiæ ſcriptores parentum facta & eventus ex filiorum nativitate cognoſci autumant; & Almanſor ad Sarracenorum Regem ſcribit; primogenitum fortiorem eſſe ſignificatorem vitæ parentum, quam alios;) ſive principium virtutis paternæ primus habeatur filius. Quare obſervatum antiquis illud dicitur, ut primogeniti parentum nomine vocarentur paſſim. In univerſum meliores intelligi primigenios, & virtute illuſtriori præditos: & primitias medicinalium herbarum penetrantem efficaciam habere, latè exponit. Pulchritudo & majus robur aſſidebat primigenijs; quin & Deo ob integritatem erant immolanda. Adjicit plura de primitiis frugum, ſpoliorum ex hoſtibus captorum, mundi muliebris.

V. Quæ omnia inſignem eruditionem illuſtris Tiraquelli ſatis produnt; & omnifarum politioris litteraturæ apparatus, arguunt: ſcatebram tamen illam nondum aperiunt, ex qua jus primigeniorum promanet. Quanquam enim *Primus* Latinis *princeps* audit; exinde tamen nullum regnum extruemus. Bellè procederet negotium, ſi linguarum omnium cum Romanâ eadem eſſet

(d) Pref. n. 36.

n. 37.

n. 45.

n. 46.

n. 15.

ne  
vat  
fa-  
m  
um  
to,  
m  
ol-  
ato  
ta-  
ert.  
ro-  
ar-  
uaſi  
ne  
ob-  
m  
m  
per-  
mos  
quæ  
icijs  
Par-  
ium  
mu-  
unt.  
nci-  
um.  
er o-  
ubli-  
quæ  
huic  
for-  
civi-  
ibus



esset atq; una conspiratio, ut primus etiam regis nomine diceretur aliis. Et eodem labore rustici & olitoris filium primum in solium collocaveris. Nam ille princeps dici poterit. Imbecilles nimis interim & exigui momenti collectiones à nominibus & vocabulis esse, annotarunt, qui ritè & ex ordine arguendi vias tradunt. Ut taceam Principem non significare in nativâ indole eum, quem nos intelligimus hac voce. Regem hâc notione capimus: ad molliorem significatum deflectendo rigorem nominis Monarchici. Nimirum, Romani superbiâ & malâ libidine Tarquinii irritati, infensissimi erant regis voci, & communibus suffragiis damnandum censebant, quicumq; reducendi regni mentionem faceret. Sed, cum ex ingenio corruptæ Reip. superfedere non possent unius imperio: ad tempus legebant, quem Dictatorem vocabant, æqualis cum Rege potestatis. Post eum molles Reip. in immensum auctæ, vitia publica circumferret plura, (sicut magna corpora ingentia, morborum alunt semina) & divisa plebis Optimatumque studiis, non satis præsidii haberet in legibus; mox discerpta miserè ipsi fato reliqueretur sananda ordinandaque: unius arbitrio permissa fuit, qui Principis nomine sub imperium omnia accepit. Ut mitigaretur scilicet civili nomine invisâ potentia; & ne complexo rem, obesset nomen. Ex primâ igitur impositione Princeps est primus, sed sine imperio: modestia sequentium Augustorum nomini locum fecit & rationem, ut hodiè Regem intelligamus. Non vi nominis, sed usus beneficio, & molliissimâ in eminentiorem sensum vocabuli declinatione.

VI. Parentum amor non sufficit ad conferendum imperium: nam in subditis quoque observatur. Verùm proprium, quid successioni regis, primigenis debitæ, argumentum debebat militare. Sed quid si fortean novissimè genitos charissimos habeant parentes? quod observat Tiraquellus. Brutatum animantium proprietates, ut similitudini deducendæ poterunt inservire; mortalium certè civiliumq; actionum normæ minimè sunt, & cognitionem cum imperijs habent omninò nullam. Proximitas sanguinis, & prima patris virtus, amorem stabiliunt, non jus succedendi

in

in sceptrum dabunt. Prædictiones ex astris, ut incertæ maximam partem sunt, & incorruptæ ad nos non pervenerunt; ita ne quidem ab ipsis auctoribus suis, & admiratoribus, ejus efficaciam perhibentur, ut imperij Jus transfundant. Sed hæc signa cognatione patris & primogeniti ex sensu Tiraquelli notabunt: non ulterius extendenda. Parentum nomine Primogenitos appellatos, rarissimè invenio; sive sacra, sive profana monumenta evolvam. Reliqua de virtute, pulchritudine, robore, nec perpetua sunt, nec speciale privilegium conferunt.

VII. Utilitatem publicam allegant alii, & indissolubilem regnorum compagem, quæ primogeniti dignitatem & successionem flagitat. Familiarum splendor & potentia pariter conservatur, quoties uni committitur rerum summa. Ipsa resp. unione subsistit firmitus. Divisa imperia ab interitu quàm proximè ab sunt: exposita quippe divulsione illâ potentiorum prædæ. Dissidia plerumque divisio intercedunt, quæ perniciem certius solent accelerare. Debilitatur solâ distractione Resp. nec tantæ virtutis & efficaciam est, quantæ conjuncta civitas. His argumentis Henningus Arnifæus probat regni corp9 continuâ seriè deberi colligari, & coherere, & nullo modo dissolvi. (e) inde amplius infert, successionis prærogativam primogenito deberi ob indivisibilem nexum provinciarum: (f) *Postquam constat principatus magnos non debere dirimi, & demonstratum est, primogenitum seu majorem natu, de jure Gentium dignissimum esse omnium fratrum, propter ætatis prærogativam, & dignitatem à naturâ sibi innatam, consequens est, ut concludamus contra omnes, qui ex indivisibilitate negant inferri jus primogeniture, quia quæcunque communio parit, dissidia & ducit ad interitum, quod necessario integrum dominium, quod in plures distribui nequit, soli primogenito deferri debeat.*

(e) L. II. Relect. Pol. c. II. S. 7.  
(f) c. II. S. 8. n. ult.

VIII. Sed hic nondum acquiescit animus. Quid si aliquis majora regna dividi posse adstruat? Si adducat nostrum ipsum Romanum imperium, quod Ludovicus in tres partes divisit, sufficientes sibi satis. Nam si prolixissimorum finium regnum sit, commodè partitionem pati, persuaderi forsitan possemus. Amplitudinem territorij non esse de necessaria naturâ imperiorū, facile do-

A 3

cebunt



(g) Vol. II.  
de Jure  
publ. Disc.  
XXIV. §. 21.

cebunt reges, qui olim singulis urbibus imperitabant; & ipsa Germania documento fuerit, à tot diversis populis quondam habitata. Congruè huc faciunt quæ Dominicus ARUMÆUS habet. (g) *Quedam verò regna divisioni ex lege ac consuetudine sunt obnoxia: & vel ad scandalum, bella & rixas præcavendas, si scilicet diversa sint regna, commodamq; recipiant divisionem, vel locorum intervallis disjuncta, nec sibi ita adjuncta, ut unius Reipubl. nomen mereantur. Vid. Bodin. 6. de Rep. num. 736. Tituli hinc paritate nihil operante. vid. Clariss. Besold. lib. 1. Diff. 6. per. tot.*

(b) S. 7. n.  
87.

IX. Dissiteri non possumus, plurimum decedere & auctoritati & potentia, quando distrahitur regni corpus, & in plures distinctis auspicijs confertur: sed non concludendum statim est; quod conservat dignitatem familiæ & Reipublicæ, id certo & immutabili jure niti. Fac tamen, dividi nequeant regiones, non propterea jus Primogeniti confectum est; Potuit alius fratrum ad gubernacula sedere. Quæ Arnisæus (h) interferit; fratres iniquissimo animo fratris imperium tolerare, id primogenito fas erit opponi. In promptu quoque erit remedium, ad tollendam fratrum æmulationem, si omnes simul regnent. Si regeras; *Multo gravioribus turbis implicari Remp. Quia indivisa illa potestas ubicunq; introducta unquam fuit, semper per contentionum precipitia delapsa est, aut ad anæxia, aut ad unius dominatum.* Reponam socialem administrationem Imperij Romani, cum sedes in orientem translata esset; ubi inter duos & plures sæpè divisum fastigium illud novimus. Et cogam deinceps eodem concluso damnare Optimatum Remp. quam tot laudibus ornare solent *Politici.* Et conficiam eadem collectione, popularem extirpandum esse ordinem civitatis.

X. Conjugantur tamen omnia hæc argumenta, nihil efficiamus, quod civiliter concludat, imperium primigenijs deberi. Non hæc sapiunt alicujus regalis privilegij naturam. Et quorumlibet privatorum liberis, observata illa imaginariæ dignitatis inerunt; quibus nec axiomata præminentia publicæ deferimus, nec sceptrum destinamus. Ut ut prærogativam aliquam domesticam ex legis civilis præscripto concedamus: nullam facultatem primigenijs



nijs propriam reperimus, cuius virtute regna sibi postulare queant. Idque concedere tandem coguntur Auctores. Ita Arnisaus: (1) *L. II. Re- Licet propriè loquendo primogenitura non sit dignitas publica, quia alias omnes primogeniti forent in publica dignitate, & fruerentur privilegijs dignitatum, ut advertunt Carol. Molin. L. 1. de Hispan. prim. cap. 13. n. 5 tamen non negant, quin sit dignitas quedam domestica, & prerogativa in familia.* Deducendo amplius, declarandoque huic instituto aptari possent, quæ Cor. Tacitus. de moribus Germanorum consignavit; quod *maximus natu liberorum omnia jura successionum solus excipiebat, præter equos.* Quos quidem excipiebat filius, non uti cætera maximus natu, sed prout ferox erat & melior. Instrumentum scilicet publicæ dignitatis in præliari & bellicosâ gente non semper primogenito deferre batur, sed idoneo maximè. Nec detulisset utique principatum, si imbecillior ineptiorq; fuisset minoribus fratribus.

(1) *L. II. Re- lect. Polit. c. II. S. 8. n. 68.*

XI. Concessâ interim Regnorum perpetua coherentiâ, permissâ simul ex hac primigenij excellentiâ, nondum tamen certissimus, quale sit jus illud, quod indivulsum provinciârum contextum primo natorum confert. Videamus ergo hanc dignitatem à naturâ innatam, consensu applausuque populorum stabilitam. Quærit Johannes Azorius Lorcitano; (1) *An regnum cum lege & consuetudine per successionem primogenito debetur, ad eum deferatur jure hereditario; an potius generis sive sanguinis jure.* Præposterâ, ut mihi quidem videtur, quæstione. Nam si lege, si consuetudine ducte transfertur imperium, nihil sibi vindicabit vel sanguinis jus vel hereditariæ devolutionis: quum utrumq; legem aut consuetudinem agnoscat causam, & in eam tandem remittat seiscitantem. Sed ponamus generaliter, sine mentione legis aut consuetudinis conceptum esse theorema.

(1) *Instit. Moral. P. II, L. XI. c. II. 2. XIII.*

XII. Jure hæreditatis possidere primogenitum regnum statuit Jacobus à SAA, Eques Lusitanus, Fract. de primogeniturâ. Postquam præcedentibus ostenderat per occasionem, non esse conveniens, plures participare imperia, & unum omnino ac solum requiri, qui gubernacula rerum teneat; ac propterea in admini-

n. 37.

stratio

Ger- bita- et. (g) ia: & int re- is jun- d. Bo- lariss. ctori- es di- n est; & im- i pro- ad gu- iquis- it op- atrum rario- intro- st, aut mini- esset; us. Et Remp. idem. s. effici- i. Non nlibet erunt; c sce- nex le- mige- nijs



stratione regni, omnes filios regis succedere non posse, sed ad unum primogenitum deferendum esse: deducit hunc successionum ordinem, quod filius primogenitus Patris hæres est. Aliàs filium privari non posse eâ prærogativa, nec gravamen ei imponi. Cujus alterius tamen exemplum habemus in Sacris, ubi Ruben amittit primogenituræ dignitatem; alterius tenorem ex Canonistis allegat. Concludit tandem, omnia bona Majoratus haberi & possideri jure hæreditario & successivo.

XIII. Possset equidem hujus Auctoris assertum restringi ad solum Majoratum, sive illam privatorum successionem, quæ Hispaniarum lege introducta est: nisi generaliter de regni indivisione tractasset in superioribus; & viderem, aliorum quoque hanc esse sententiam. Sanè Emmanuel Acoſta (n) ut ostenderet, repræsentationi, quam vocant, locum esse, & in successionem regnorum nepotem patruo esse præponendum, hæc inducitur ratio; quoniam regnum ad Regis liberos, aliosq; Regis successores devolvitur, quasi hæreditas ipsiusmet Regis. Ut expressè haberi dicit c. licet. de voto omnesq; Dd. ibi affirmare, & alibi plerosque alios. Cui subscribit Alvarus Valascus, de jure emphyt. q. 50. n. 2. 12. citatus Ludov. Molinæ. (o) Certis conditionibus hæreditatis juri locum facit Azorius pro diversitate modorum, quibus regna solent acquiri. Quoties in novo regno Pater eligitur, permilla designandi successoris facultate: quoties legitimo bello sibi asseruit principatum; aliave ratione comparavit. Tum jure fas esse, testandi libertate regnum filiis tradere. At quando jam definitâ lege & usitata consuetudine per successionis ordinem admittitur, jure sanguinis primogenito deberi regnum.

XIV. In reliquis modis removet hæreditarium acquisitionis genus. Respondeo inquit, jure Sanguinis deferri, non jure hæreditario. Magnum enim est discrimen inter hæc duo. Quia cum regnum filio jure tantum hæreditario debetur, tunc filius in regnum succedit ut hæres; natura autem hæreditariæ successionis est, ut nemo possit ex parte agnoscere & probare; & ex parte respuere & refutare ultimam voluntatem defuncti: ac proinde totam hæreditatem vel admittere debet vel repudiare. Item cum regnum solo jure hæreditatis filio debetur, potest

(n) q. de patruo & nepote p. 3. n.

(o) Tom. III. part. 1. Disp. 626.

potest Pater regnum, tanquam hereditatem filiorum uni, quem ipse maluerit, relinquere. Ergo non relinquit pater regnum primogenito, ut heredi, sed jure sanguinis; ac proinde potest tunc Pater Filium natu minorem heredem instituire: heres enim instituitur in alijs bonis, quæ Pater ultra regnum habet. Adfert prædicta discrimina Emmanuel Acosta loco laudato; ubi regnum & majoratum distingvit, illud jure hereditario, hunc sanguinis deferri docens. & primam differentiam ponit hanc: *Quod si mortuo Rege successor in Regno hereditatem regis antecessoris repudiet, eo ipso censetur etiam regnum repudiare: eò quod regnum hereditarium sit, eaq; de causa esse non possit successor in illo, nisi qui heres antecessori fuerit.* Alteram rationem in discrimine quarto habet. *Quod Rex ultimus regni possessor ex legitima causa ingratitude possit privare regno immediatum regni successorem, tanquam hereditate à se illi deferenda.*

XV. Ego Azorij sententiam universali enunciatione veram proclamabo, primogenito successionem jure hereditatis minimè deferri. Non quidem propter auctoritatem dicentis, neq; discrimina fictitia, quæ refutanda erant; sed magis penetrante ratione motus. Nimirum Majestas extra commercium posita est. Hereditate acquiruntur res, quæ in patrimonio sunt; quæ ultrò citroque alienari & comparari, distrahi & acquiri possunt: Majestas supra nundinationes humanas posita, tales transferendi modos ignorat. Hereditate dominia in res acquiruntur; sed in imperium, in Majestatem nullum dominium penetrat. Superat enim omne dominium divinum illud axioma. Successionibus hereditarijs acquirimus res, quarum dominium testator obtinebat: exempta verò humanis dispositionibus & transactionibus Majestas est. Et si vel diceretur maximè, hereditate transire ad successorem imperium; nondum tamen constaret de jure, quo hoc cautum sit & statutum. Accuratè solvit Acostæ differentiam primam Ludovicus Molina: (p) *Longè diversa sunt, hereditas antecessoris, nempe bona omnia, quæ antecessor extra coronam regni habebat, in quibus filiis, ipsiq; successor regni, tanquam uni de numero eorum legitima portio debetur, & ipsum regnum, quod repudiat, à legitima in alijs bonis sibi debita, tota*

(p) Disp. 625  
num. 8.

taq; hæreditate potest Successor velle & obtinere, tanquam rem omnino  
 diversam, minimeq; in hæreditate antecessoris inclusam: non secus atque  
 hæc ipsa similiter habent locum in alijs Majoratibus. Videndus idem  
 Disp. 617. & Carolus Molina, quem Citat. L. I. de primogenit. cap. 8.  
 L. III. cap. 6. num. 9.

XVI. Adducenda erat Acoftæ & Azorio stringens ratio, quæ  
 ostenderet, quædam regna hæreditario jure possideri. Quæ de-  
 claret, non licere designato successori in regnum, rejicere hæredi-  
 taria bona ex patris demortui patrimonio relicta. Sanè in his  
 solis hæres instituitur; quod fatetur ipse tandem Azorius. *Potest  
 tunc pater filium natu minorem hæredem instituere: hæres enim insti-  
 tuitur in alijs bonis, quæ pater ultra regnum habet.* Rectè. Nam ne  
 tunc quidem regnum hæreditas est, quando in recens constituta  
 civitate aliquis eligitur. Quasi tunc legi aut pacto fundamentali  
 non possit locus esse. Sed fac absolutè concessam designationem,  
 successionis electo Principi esse, aliter erit id omne interpretandû,  
 quàm de hæreditate hæctenus dictum est. Non statim testandi li-  
 bertas est, quando Princeps pater, alium primogenito ex urgente  
 causa præfert. Nam & in regno, cujus successio lege determina-  
 ta est, id fieri posse, unanimiter statuunt scriptores. Sed de his  
 infra.

XVII. Eximiam tamen habent difficultatem, quæ de jure  
 sanguinis consentientibus suffragijs disputantur. Omnes enim,  
 qui negant jure hæreditario succedere primogenitum, jus sangvi-  
 nis laudant. Et cernimus primogenitum capessere sceptrum, non  
 aliâ causa urgente, quàm quòd regem Parentem sanguine primus  
 attingat. Sed Principio tenendum est, Jus sanguinis non esse jus  
 naturale, neque adjunctum habere necessariò imperium. Distin-  
 ctissima sunt, quæ ductu naturæ fiunt, à propriè dicto jure naturali.  
 Quod hoc præceptis contineatur, illa factis. Ad jus sanguinis,  
 vocabimus interim hoc nomine, pertinebunt cognationes. Ita  
 Pater & Filius, fratres & sorores jure sanguinis colligantur. Nemo  
 his jus naturale quæserit: quia nihil morale illa proximitate con-  
 tinetur. Si quid de agnatis disponit jus naturale, id fiet alio re-  
 spectu

specu, non quã tale est. Neque ob idem attributum immutabilitatis confundenda sunt diversa. Immutabile est jus sanguinis, quia facti est. At quæ facti sunt, eo ipso dum sunt, aliter se habere non possunt. Sic nullo modo effici potest, ut Filius non sit Patris Filius, & ille hujus Pater: & soror non sit fratris soror & versâ vice. Sed hæc longissimè absunt quoad reliqua propria à jure Naturali.

XVIII. Interim urgemus immutabilitatem contra illos, qui primogenitum, certas ob causas privilegio, indignum reddi posse asserunt. Quoties publicæ rei pernicies timetur, ob tyrannicum animum, aut quia mente planè captus, aut ullo alio modo incapax est. Quò refert Didacus Covartuvias, *quando à Pontifice Romano Successor pro nimia contumacia privatur regno, quod jure primigenij delatum est, ex eo quod filius promiserat votum parentis ad executionem deducere, & illud post implere recusat.* Excidere posse primogenitum dignitate constanter asserunt, & nos infra concedemus: sed huic asserto sua non constaret ratio, si jus sanguinis secum inferret jus successionis: quod illud nullo modo variationem admittat, nec à legislatoriâ potestate immutari queat; & ipse, cujus negotium hinc agitur, renunciare beneficio nequeat. Quod tamè experientia satis docet, & concedit Arnisæus: (q) Neutiquam igitur hæc interpretanda sunt, de jure sanguinis, quatenus nexum aliquem propinquitatis, & naturalem cognationem aliàs significat. Hoc sensu non deberi successionem, evincitur inde; quod omnes liberi eodem gradu, & æquali proximitate sanguinis attingunt parentem: deberent ergò omnes succedere. Quod aliquoties concedit Arnisæus; putans ex æquo paternorum bonorum eos fieri posse participes. Sed ita cadit jus primogenituræ, præcisè reliquos liberos excludens, & uni spem regni conferens, qui primus in lucem est editus, Hinc anxie disputant, num consuetudo rationalis sit, quæ primogenia invexit.

(q) S. 8. n. 63.

XIX. Adde, si jure sanguinis succederet filius, immediatè haberet imperium à Patre. Sicut in hæreditate cõtinuatur dominium à superveniente hærede, ita imperium transferri debebat. Sed hæc

mnino  
atque  
idem  
cap. 8.  
o, quæ  
æ de  
eredi  
in his  
Porest  
insti  
am ne  
tituta  
entali  
nem  
andũ,  
di li  
gente  
mina  
de his  
e jure  
nim  
ngvi  
, non  
rimus  
sse jus  
istin  
urali.  
vinis,  
Ita  
Nemo  
con  
io re  
pectu



562.  
omnino pugnantissimè contrariantur doctrinæ de Caussa Majesta-  
tis. Quæ imperium ab homine non mediatè, nedum immediatè  
dari concedit. Si jure sanguinis in imperium penetraret primo-  
genitus, utique hæres esset, nunquam excludendus, & immediatè  
acciperet hæreditariam potestatem à patre. Nam quæ jure sangvi-  
nis competūt, beneficio generationis à patre communicantur. Sed  
præclare ad nostrum Thema Patres concilij. Parisiēsis: L. 2. c. 5. Ne-  
mo à primogenitoribus regnum sibi administrari, sed à Deo veraciter  
atq; humiliter credere debet dari. Hi verò, qui à progenitoribus sibi  
succedere regnum terrenum, & non potius à DEO dari putant, illis  
aptatur, quod Dominus per Prophetam improbat dicens: Ipsi  
regnaverunt & non ex me. Principes extiterunt, & non cogno-  
vi. Ignorare quippe DEI, procul dubio reprobare est. Quapropter  
quisquis cæteris mortalibus temperanter imperat, non ab hominibus, sed à  
Deo regnum sibi commissum credit. Repetimus hic verba Regis Hi-  
spaniarum, Ferdinandi Magni, qui sub extremum vitæ Spiritum,  
sic DEUM fertur allocutus: *Tua Domine est potestas, tuum est impe-  
rium. Tu supremus es Dominus super omnes Reges, & omnia tue sub-  
sunt providentia. Regnum quod de manu tua accepi Tibi restituo.*  
Non tradebat filio, non cognatis; quod non poterat dare: sed pri-  
mo Auctori reddebat. Apud Marianam Hist. Hisp. IX. 6. Nec-  
tum quidem hæreditario jure imperium in filium transfert Pater,  
quando illud electione, aut justo bello acquisivit: nam quæ jure hæ-  
reditatis transmittuntur, in potestate decedentis sint oportet. At  
regnum ad DEUM redit, quam primùm à decedente repetitur.

XX. Non igitur putandum est, nexu illo naturali trans-  
fundi imperium. Et ut nihil dissimulemus, plurimi aliter, quam  
hac propria acceptione, usurpant vocabulum *Sanguinis*, quod  
certum est, naturalem cognationem Latinis inferre. Intelligunt  
igitur ipsam dispositionem Reipublicæ, qua cavetur, ut primus il-  
le, qui sanguine attingit regem proximè, regnet. Non est illa vis  
nominis, quasi jure sanguinis oriatur successio: sed quod illa pro-  
visio civitatis respiciat propinquum regis sanguinem. Declinando  
usitatum vocabuli significatum ad loquendi genus, commune plu-  
ribus

56  
ribus, hanc materiam tractantibus; sed alijs ignoratum: quod ambiguitate aliquem errorem facile potest gignere. Interpretationem illam habet Ludov. Molin. (r) *Quo fit ut Rex non jure hereditario in regno succedat, sed jure sanguinis, atque ex pacto & providentia Reipublicæ, qua regnum ipsum instituit, certisque legibus illud alligavit, ut illo modo in illo succederetur.* Et post adductionem Legis Hispanæ, subjungit: *Ubi vides rempubl. quoad partes ipsius precipuas, fuisse, quæ, ut regem & regnum instituit, ita successionem jure sanguinis, & modum successionis in eo sibi constituit, leges circa id præscribendo, quibus est standum, & juxta quas vocantur successores ad regnum.*

(r) *Disp. Cit.*  
n. 8.

XXI. Surgit nunc pristina quæstio, & denuo redintegratur disceptatio; quodnam sit illud movens & summum constituens, quod non attentâ Reip. sanctione, quando Princeps, absolutè imperans, successorem primogenitum declarat; aut quando nullis exstantibus statutis, Resp. eundem designat, prærogativam conferat. Intricata planè atq; perplexa oritur disputatio, quæ animis à vero divertendis eximiè valet. Cùm videas successionum tenorem, modò ad jus naturale, modò gentium trahi. Ad prius inclinât Arnifæus, qui legem naturæ expressè nominat: (s) *quin lex natura exigit, ut aut omnes ex æquo paternorum honorum fiant particeps, aut meliorem partem auferat is tantum, cui prærogativam concessit natura ipsa.* Ita Henricus Henriquez: (t) *Primogenitus regis, ut à principio mundi instinctu quodam naturæ, erat successor regni, ita erat Pontifex Maximus. Et hîc modus succedendi in regnum est aptissimus.* Citat Didacum Covarruvias L. pract. quæst. c. l. n. 4. Cirier de Primog. L. II. q. 13. Soto de Just. & Jure q. 3. a. un. c. fin. d. 33. q. 2. a. 1. Oldradus conf. 94. fundamenta affert: *Ratio ipsa præscribit, ut filius natu maximus regnum accipiat; quia est, ceteris honorabilior, & ætate major, & proinde prudentior & sapientior, & robustior. Juniores item Senioribus deferunt honorem.* Ultimam rationem arripit Arnifæus. n. 81. *Una verò causa prærogativæ, qua primogenito debetur, ex ætate petitur, ut hîc locum etiam habeat vulgaris regula. Qui prior est tempore, potior est jure.*

(s) *L. II. Relect. Polit.*  
cap. II. S. 8.  
n. 56.

(t) *Theol. Moral. l. IX.*  
cap. I. n. 1.

564  
XXII. Jus naturale nihil quicquam disponit de regnis, nihil de successione in universum: neque igitur de successione primogeniti aliquid novit. Successio nulla juris naturalis est: quod communiter sit collatio domini, aut dignitatis: hocque jus naturale ignorat, ejusdem introductione juri gentium permittit. Hic designatio imperii est; quod juri naturali non debet ortum. Quod prolixè alibi probatur, ubi Majestatis exponitur Causa. Actus morales jubendo prohibendoque; jus naturale dirigit atque determinat. Et hoc ne producit quidem, sed judicat; aut mandat vetatque: multò minus imperium procreabit. Idque ideo evenire putem, quod sanctitas & potentia divina, distinctà mentis apprehensione concipiantur. Ratio Oldradi ferendo oneri impar est; quum probabilem suasionem contineat, nec perpetua sit; & nova ratione indigeat, ut confirmetur. Redit iterum quaestio; unde prudentiori & robustiori imperium debeat? Idem de prerogativa ætatis arbitrandum. Ætas & tempus ex se nullum jus conferunt; alia igitur quaerenda causa, quæ efficaciam illis tribuat atque stabiliat.

XXIII. Non habebat opus Calo Joannes Comnenus eò devinire, ut fateretur, se Manuelem præferendo Isaacio contra naturam fecisse. *Equidem fateor, sunt verba Imperatoris apud Nicet. fin. Annal., naturam Principatum natu majoribus deferre solere. DEUM verò in designandis regibus aliam rationem plerumque sequi animadverto.* Et mox. *Quibus de causis, ego quoque corruptrici nature in multis non obsequor, sed ejus institutis, ut pusillæ mulierculæ consiliis in rebus gravioribus repudiat, DEUM omnis prave affectionis expertem, auctorem sequi malo.* Non debebat concessisse naturam Principatum natu majoribus deferre. Illud probaverat, hætenus nemo: facilius ergo erat, & tutius negare, quod non satis liquidum ostendebatur, quàm excusando se reum profiteri. Sed nescio quid per naturam inibi intelligat. Naturæ ductum & instinctum non potest innuere; cum & ille à DEO sit: & ideo non commodè opponatur DEO. Benè observat DEUM non procedere uno & æquali tenore in designandis regibus, nec alligari ad primogeni-



563  
genitum: eadem ergo commoditate id ipsum poterat de natura  
pronunciare; quæ ad nutum DEI se habet. Neq; jus naturale  
in laudato loco significabit: prædicatis id facile evincantibus. Ni-  
hil corrupti continet jus naturale: est enim ipsissimum sanctitatis  
divinæ instar. Neq; consiliis absolvitur, sed immotis præceptis:  
nec ejus deniq; rationis est, quod DEUS immutet. Forfan igitur  
de ratiociniis illis levioribus, quæ de senioris prudentia, & robore,  
aliisque dotibus naturalibus vulgò disputant, intellexerit vocem  
naturæ.

XXIV. Quæ de jure Gentium in medium proferunt, majo-  
rem speciem, quam vim stabiliendæ sententiæ obtinent. Hinc de-  
rivat Arnifæus: *Successio in regno hereditario, aut omnibus debetur num. 7.*  
*ex æquo, aut si dividi non possunt provinciæ, uni primogenito, cui præro-*  
*gativam hanc præ omnibus fratribus aperuit jus divinum & gentium.*  
*Et contra hæc jura fas non est quantumvis absolutò Principi dispensare.*  
Occasionem id asserendi dedere exempla plurium populorum,  
quorum moribus introducta ea succedendi ratio. Unde post e-  
numeratas quam plurimas gentes, quibus primogenitus fuit in re-  
gem sumptus, concludit: *Ex tot gentium unanimi consensu receptis*  
*moribus, sine hesitatione licet progredi ad concludendum jus gentium,*  
*quo primogenito successio deferatur in regnis & magnis principatibus.*  
Contraria quoque observatio, contra jus gentium dicitur insurge- *num. 55.*  
re Justino Lib. XVI. de Ptolomæo hoc judicium ferenti: *Finito*  
*bello Ptolomæus, cum magna rerum gestarum gloria moritur.* Is con-  
tra jus gentium *minimo natu ex filiis ante infirmitatem regnum in-*  
*diderat.*

XXV. Hic primum omnium satis firmandum judicium  
civile est, ne vacillet aut nutet ad unius alteriusve Scriptoris au-  
toritatem: quâ solâ non statim jus gentium conficitur. Usu ve-  
nire non infrequenter solet, ut in rebus difficilioribus, quarum ab-  
scondita ratio post intimas penetrationes demùm patet, investi-  
gandis, quasi redimendi temporis causa, vel compendio certò ad  
jus gentium, aliquando jus naturale recurratur. Sed hoc vulgari  
suffugio atq; prætextu, in omnes casus comparato, plurima inex-  
plora-

exploratâ relinqui, & non ignobilia argumenta ignorari, haud difficulter persuaderi possem. Quoties cujuscunq; negotii civilis natura ex suis principiis arcessenda; quoties difficilioris alicujus juris veritas & prima scatebra demonstranda est, jus gentium allegatur: cujus aspectu, superstitiosa credulitate percelluntur, interdum animi, ut curiosiori perscrutatione supersedeant; & visa pro compertis acceptent. Quod sicut prima facie pronam aperitamq; causarum cognitionem præ se fert, & ambitiosè pollicetur; ita in progressu, ubi connexio & consonantia jurium, ut ultima primis respondeant, quæritur; & inextricabiles difficultates, & conclusionum confusas aut adversas invicem illationes, incondito partu solet producere. Nobis haud dum in præsentî promptum aut integrum est, quidvis credere. Sive Justinus, sive alius primogenia juris gentium pronunciaverit, non propterea ita se habebit res, aut nobis extorquebitur assensus.

XXVI. Quin potius in hoc examine descendendum in intimiorem naturam juris gentium, scrutandumq;, quæ domestica, indoles ejus; circa quæ occupetur negotia: ab alterâ parte vestigandum rei, de qua quæritur, ingenium, & propriæ qualitates: ita facilè contendendo apparebit, an ex numero earum sit, quæ jus gentium determinat. Prostant quidem quamplurima exempla populorum, qui primogenitum in paternum solium collocarint; & exemplis jus gentium probari, pleriq; statuunt, quod consensum gentium iisdem indicetur. Unde Hugo Grotius in prolegom. de I. B. & P. *Historiæ duplicem habent usum, qui nostri sit argumenti: nam & exempla suppeditant, & judicia. Exempla quo meliorum sunt temporum ac populorum, eò plus habent auctoritatis: ideo Græca & Romana vetera cæteris prætulimus. Nec spernenda judicia, præsertim consentientia: jus enim nature, ut diximus, aliquo modo inde probatur, jus verò gentium non est ut aliter probetur.* In præcedentibus liberam voluntatem populorum solam causam posuerat, quod ex certis principiis certa argumentatione deduci nequeat. Quod largiendum minimè videtur.

XXVII. Sed tollenda interim ambiguitas in voce juris gentium. Dicitur aliquando, quod singulis gentibus placuit sine  
mutua

mutua obligatione; non raro, quod mutuam obligationem continet. Quod Grotius alibi agnoscit (u). Illud improprie jus gentium vocari, fatetur ipse Grotius. Et sane plura, quae juri gentium adscribuntur, moris & usurpatae consuetudinis, quam juris nomine venire poterant. Receptum erat in successivis regnis, ut primogenitus patris expleret vices; hanc rationem aliis observatam, & introductam passim, gentibus plurimis communem fecerat imitatio. Quo sensu plura dicuntur ad Jus Gentium pertinere, quae usurpantur a gentibus. Verum haec jus gentium genuinum minime constituent: quod citra obligationem recipiantur, ex mera libertate populorum coeuntium in civitatem. Quum juris omnis essentia & virtus in obligatione consistat. Quod si igitur consensus ille imaginarius solus ac nudus sit, nullam obstringendi vi praeditus, haud surgit aliquod jus. Et ipsa obligatio in vero jure gentium, non ex consensu praesumpto, sed intimo contextu Rerump. & sanctimoniâ societatis, quae populis intercedit invicem, peti potest ac debet. Secus quam modo laudatus Grotius censuit. Tunc obligantur Resp. vel ad observationem, vel ad poenam. Consensum igitur de primogenito successore, ad morem aliquem reduxerim, qui jus gentium, per abusum quendam vocabuli, ex vicinia negotii natum, appellatur; qui magis consuetudo & observantia partialis est, per plures gentes dispersa; quam lex omnes populos devinciens sua auctoritate.

(u) L. III. c. I. n. VIII.

XXVIII. Id oppidò necessarium requisitum juris gentium putaverim, ut omnibus gentibus sit commune, omnes ex aequo concernat, omnes pari vinculo alliget. Quare dubito an sublimis Grotii sententiam approbem, quâ hoc jus gentium *omnium aut multarum voluntate, obligandi vim accepisse, ait.* posita causa, quod vix ullum jus reperiatur extra jus naturale, quod omnibus gentibus commune sit. Vereor omninò, ut assertum defendi possit. Si consensus jus hoc producit, mihi quidem indubitatum est, paucas admodum gentes jure hoc uti. Sed illud quoque satis certum est; vero gentium jure teneri omnes populos, etiam barbaros; de quorum voluntate contraria facta testantur. Jura legationum inviolabilia

L. I. c. I. §. XIV.

C

labilia



labilia habenda, etiam feris nationibus. Non quia consenserint, sed quia sanctimonium Missorum violare non debent. Fœdera sacrosancta habenda sunt, nec perjuriis, insidiis aut quacunq; fallaciâ temeranda. Sic bella justè inchoanda sunt: nisi transgressor juris gentium haberi velit inuasor, & à Rep. læsâ opperiri ultionem ac pœnam. Hæc & alia ex certis principiis oriuntur, & ubiq; sunt observanda. Ad actualem observantium hîc attendendum minimè est: quod consensus exemplis perpetuis probari nequeat. Id quod Grotium movebat, ut statueret non commune esse omnibus populis. Sed obligationis universalitatem, quæ ex intimis visceribus Rerumpublicarum petenda est. Nisi omnibus populis normam daret jus gentium, frustraneum esset, illud allegare; quum vel naturale, vel civile sufficiat, vel aliquod particulare pactum paucarum civitatum. Cum interim vero haud dissimile sit affirmare, jus naturale omnes homines, jus civile omnes subditos; at jus gentium omnes populos inter se obligare.

XXIX. Ad nostram quæstionem quando nunc applicamus hætenus dicta; manifestum est, causæ angustias, generalitatem omnimodam haud admittere. Successio primigenii formam civitatis tangit, quæ omnibus non communis est. Regnum & Monarchicum statum attingit, & illum præcisè, in quo statuendi Regis judicium penes populum, aut hujus vicarios ac Optimates non residet. Paucissimæ igitur Resp. hoc ordine utuntur: Aristocrata, & popularis civitas, ignorant talem legem. Ut taceam normam illam administrationis à civibus non permitti peregrinis; non pati populos leges sibi ordinandæ Reip. ex præscripto aliorum dici. Et quid, obsecro, hæc curæ ad alios? quid ad aliam extraneam Remp. si vel natu minor succedat? Inde nihil vel commodi vel incommodi; multò minus juris ad peregrinos redundat: nec puniri igitur poterit Resp. primogenitum excludens. Nam contra jus alterius populi nihil peccatum est. Adeò nihil commercii circa hanc dispositionem populis intervenit.

XXX. Ad hæc si jure gentium deberetur successio primigeniis, injustissima essent electiva regna omnia, quæ alium præter filium

lium ad regimen mittunt. Excludunt enim quem jus gentium elegerat: & excludendo, contra jus gentium peccant. Contra quod fas non est alicui dispensare. Evertent igitur jus gentium, quotquot prætereunt primogenitum; cui immutabili lege jus successionis quæsitum est. Cæterum, cum omnes gentes & Resp. hæc ordinaria successio non tangat, vix est ut universale jus fatigemus, damnando illud ad aliquas paucarum civitatum constitutiones. Et hæctenus nec jure hæreditario vel sanguinis; nec lege naturali vel gentium primogenituram deprehendimus.

XXXI. Offendi passim opiniones Auctorum, qui ad jus divinum referrent originationem hujus dignitatis. Lex Hisp. L. 2. d. 15. part. 2. Cardinal. in c. licet, de voto. Ipse Arniseus, ubi occurrit Zasio, sic censet: *Licet consuetudine firmata sint, & diversimodè n. 88. pro diversitate morum formata: origo tamen & fundamentum unde educta sunt, dependet ex auctoritate Juris divini, imò etiam naturæ & gentium.* Sed satis confusè id asseritur. Si auctoritati juris gentium aliquid debet primogenitura, non repetenda ejus origo ex naturali jure. Si ex hoc profluit, ad jus divinum ejus natales referendi non sunt. Distinctissima hæc sunt principia, & separatim tractanda in derivationum materiis. Non potest aliquid ex jure divino, naturali, gentium simul originaliter deduci. Non n. hæc jura subordinatam in vicem in suis objectis, sed separatam diversamque naturam habent. Jus divinum communi decreto constituens filium primogenitum in omnibus hæreditariis regnis successorem, nondum vidi adductum. Quid igitur proclamant ad jus divinum, quod allegare nequeunt? Erubescant sine lege citata loqui. Producant sanctionem sacram, laudent librum, designent capitulum & comma, quo primogenij illa prærogativa universali scito amplissimè ordinatur: & applausu excipiemus sententiam. Uno alterove exemplo jus divinum non firmatur. Occurrat primogeniti nomen, & dignitas in sacris, non statim lex erit, quod sub rei gestæ commemoratione introducitur. Multum distat facti narratio, à Legislatoris serio decreto, & juris præscripto.

DEUM

C 2

LXXX

70.  
Præfat.  
n. 78.

XXXII. Non destituimur exemplis, quibus contraria DEI dispositio apparet, quâ primogeniti junioribus fuere posthabiti. Ex Hieronymo compendiosè eadem sibi objicit Tiraquellus. *Dilexit DEUS Abel magis, quàm Cain: Isaac, quam Ismaëlem. Dilexit & Jacob, Esau odio habuit. Phares electus, reprobatus Zaram: electus Ephraim, reprobatus Manasse. Electus Juda, in quem benedictio seminis Christi transferretur, reprobatus Ruben. David inter octo fratres minimus electus præ cæteris. Moyses magis, quam Aaron dilectus.* Quanquam plura enumeratorum privatam prælationem inferant; stabilitur tamen sententia, primogenitum jure divino non perpetuò frui privilegio prærogativæ, cæteris exclusis.

XXXIII. Tiraquellus, quanquam fatagit ad hæc respondere, non videtur tollere difficultates. *Sed tantum abest, inquit, ut hoc primogenitis refragari possit, ut illis etiam contra suffragari non modicum videatur, modo non cacutiamus, sed paullò solertius rem introspeciamus. Nam DEUS Opt. Max. novissimos primos fecit. Ut etiam ex his possis colligere, primogenitos esse naturaliter anteponeudos ultimò genitis, quos proinde eligit DEUS, ne primogeniti, natura superiores, in superbiam & elationem ob id veluti præcipites trahantur, nisi frenum hoc illis dederit DEUS, quo se summissiores agant.* Non video, quomodo jus primogenituræ sustineat, & naturalem prærogativam, divina sanctio; decernens, minores ætate præferendos. Eo ipso enim dum prætereuntur primogeniti, dum excluduntur divina lege, non potuit à natura esse illa dignitas. DEUS contra naturam nihil agit, nihil constituit.

XXXIV. Sed in eo forsan latet collectio, & argumenti vis, quod nominatim minor natu prærogativæ majori admovetur. Sine speciali enim illa designatione si fuisset, præferri debebat primogenitus. Respondemus; id non statim sequi, primogenito debitam fuisse eminentiam, quâ coruscabat postea minor frater, si hic eandem non accepisset à cœlesti manu. Nunquam forsan primogenitus Isai rexisset populum Israeliticum, si vel maximè Davidem non vocasset ad sceptrum DEUS. Quod si regnum jure divino debebatur Eliabo primogenito, non probabile videtur.

DEUM

511

DEUM evertere voluisse propria decreta, iisdemq; derogare auctoritatem, præficiendo multitudini Davidem; eligendo postero etiam tempore Salomonem. Non igitur facultatem habebit Senior ille filiorum postulare tale jus. Rubenis primogenia amissa & erepta, morem populi, cujus Ebraei incolebant terram, designabunt. Non tamen qui strictè obligaret Jacobum: aliàs mutari privatâ auctoritate non fas fuisset. Multò minus jus divinum immutationi hominis unquam fuit subjectum. Non inficiabimur posse tale quid à DEO O. M. ordinari. Nam unus ille est, qui confert Majestatem, qui sortem & vota eligentium arcano ductu in eligendum dirigit: poterat ergò & sanctissimâ lege, ubiq; vilitura, decernere, ut nemo, præter Regis primogenitum, succedat. Et hæc jussio omnes erat obligatura populos. Sed hæcenus talis juris tenorem nondum licuit reperire.

XXXV. Quod si hæc jura non sufficiunt, num temerario fortuitoque impetu admitti primogenitum dicamus? Nequaquam. Nam illa æquabilis primogenituræ observantia nos dubitare de aliquo rationis vinculo non finit: sed præter jam nominatos juris fontes, aliæ forsan dabuntur dispositiones, quæ propiùs effectum illum maturent. Nullus ambigam, quin consuetudine, seu Legge, quam vocant, fundamentali, & pactitiâ conventionem inter electum primitus regem, & electorem populum provideri firmiter possit ac præcaveri, ne alius præter primogenitum post Patris excessum potiatur rerum. Hæc conditione fixum ac firmum perstabit Reip. judicium, usque dum mutata rerum ac temporum faciè aliud placeat universis. Poterit hoc nexu Principis & populi voluntas ita colligari, ut se invicem astringat de certâ personâ in solium collocanda. Et tenore hujus pacti tenebitur Princeps antecessorum ordinem servare.

XXXVI. His conditionibus vera sunt illa Francisci Hottomanni, *Non esse in Regis potestate apud Gallos, ut primogenito jus suum auferat, eo quod non subjacet arbitrio hominis, sed dependet à legibus regni fundamentalibus.* (y) Huc applicanda sunt, quæ habet Ludov. Molina (z) *Neq; enim successores in regno, illud accipiunt ab immediato*

C 3

(y) L. II. de  
jur. Regn.  
Franc:  
(z) Disp.  
625. n. 8.

72.  
anteceffore, neq; ex difpofitione & voluntate illius. Sed illud accipiunt ab ipfamet Republicâ; quæ regnum instituit, & leges, quibus derivaretur. Atq; juxta illas leges illud accipiunt tanquam à Republ. ipsâ ad illud vocati, & tanquam affecti conditionibus, & gradu quæ Resp. suis legibus, ipsaq; regni institutione ad id exegit: unde anteceffor nihil circa id potest variare aut ftatuere. Quamvis etiam, ejusmodi lege fundamentali nondum existente, Primogeniturâ nemini decreta fit; poterit nihilominus Princeps id fuis pollicere fubditis, & certâ fponfione fancire. Sive id flagitent fubditi, five fponfe faciat Princeps. Tum valida erit & ftabilis conventio, & primigenio in capellendo regno nemo præferetur.

XXXVII. In regnis liberis, quoties manfurâ pactione de fuccefforibus nihil dum cautum eft, non puto primogenituræ illam efficaciam effe, ut Filius jure aliquid postulare queat: fed omne arbitrium Patris voluntati permittendum erit. Quemcunq; ille dignum habuerit, qui fuccedat, legitime cenfebatur electus, nequicquam jus aliquod fimulante primogenito. Quamquam hic, nifi cauffæ prægnantes adfint, rarò folet præteriri. Videri tamen potest confundi electio cum fucceffione, fi non ftato ordine, fed pro lubitu Patris, quicunq; demum filiorum in confortium imperij trahetur. Verùm fi ponderemus præfentem rem accuratio, in omni fucceffione latet electio, vel expreffa, vel tacita: & absurdum non fuerit, fi ftatuamus fucceffionem effe electionem quandam. Hoc faltem intercedit difcrimen, quod in Electione illa, communiter fic dicta, judicium fumendi Principis, Populo vel Proceribus, huic operi deftinatis, permiffum fit: in Succelfione Pater filium nominat fuccefforem. Eadem utrobiq; libertas, eadem potestas eligendi. Quemadmodum populus, qui liberrimo fuffragio eligendi facultatem habet, fine præfcripto Regem ftatuere potest, ac declarare illum, qui egregio publico promovendo plurima polliceri videtur: ita quoq; in regno, cujus habendi modus nullis cancellis coarctatus eft, Princeps, qui nullo pacto difpofitionis libertatem labefactavit, digniffimum filiorum fceptro admove-re potest. Securus naturalis, divini, gentium aut alius cujuscunq; que



que tandem juris: quibus omnibus, nihil de primogenitis invenitur constitutum.

XXXVIII. Frustra sunt, qui contumaciter negant, primogenitis jus auferri posse. Quum nondum ostenderit, quale sit illud jus, aut planè non fecerint clarum, num jus aliquod competat, & cui rationi innitatur. Non diffitebimur, in regno limitato quoad talia, quando successio primogeniti lege fundamentalì introducta est, quando pacto confirmatum & Principis promisso; non posse temerè sine omnium civiù voluntate dignitatem illam, jam Reip. judicio & consensu primigenito collatam, unius Patria voluntate ac lubitu intercipi. Nam tunc reverà consequitur filius aliquod jus successionis à civitate, eligente aut sanciente statutum, quod sine sententiâ priorù auctorù, hoc est, integræ Reip. non poterit amittere; nisi ingens delictum, aut alia prægnantissima causa intercedat. Verissimum enim est, quod habent Auctores, Tiraquello laudati. (a) *Cum hoc jus lege statutaria sit firmatum, nã eo potest pater privare filium sine causâ.*

XXXIX. Fatentur interim omnes, excidere posse hanc dignitatis prærogativa primogenitum, ob atrociam delicta contra Patrem aut Remp. commissa. Sic patrem ex causa ingratitude posse privare primogenitum eo jure, plures sentiunt, cum Tiraquello. (b) Cujus rei exemplum proponit in superioribus. Henricus IV. Imperator juniorem filium suum Henricum V. Aquisgrani regem, coronavit: postposito & repulso Conrado filio suo primogenito, quod se contra Patrem suum armaverat, & cum suis hostibus fœdus adversus illum percusserat. Item si primogenitus non est idoneus moderando Principatui; veluti si demens: potest Pater illi secundogenitum antepone, quia hujusmodi consuetudo præferens primogenitum, non est interpretanda contra commodum Regni. Nemo igitur auctorum negat, privari primogenitum posse, ex insigni causâ, successione, etiam ubi hæc pactis & sponsonibus fuit determinata. At illud dum largiuntur, simul recurrunt ad præsumptum arbitrium civile aut Reip., conferentis id axioma. Quippe Resp. ita intelligitur sibi prospexisse, ne illo suo decreto

(a) de Primog. Jur. q. XXI. n. 3.

(b) q. XXI. n. 10. n. 1.

n. 28.

74.  
decreto aliquod detrimentum capiat, & leges, publico egregio consecratae, in perniciem expetant. Quin primogenito confert successionis spem, si prodesse publico studeat: sin desciscat à bonis, & periculum tyrannidis subfit; negligere putanda est publicae salutis everforem. Hujus voluntatis communis interpres Princeps est, qui si talia veniant usu, & Primogenitus vitijs obrutus sit, illum postponet: & proximis conferat successionis beneficium. Nisi in hoc decreto iudicium sibi universus populus solemniter stipuletur. Tunc omnibus permittenda erit sententia decretoria, circa exauctorandum primogenitum.

XL. Quae omnia luculenter declarant, exclusionem primogeniti ab eo proficisci, qui contulerat dignitatem. Nam ubi populi voluntate, & definita Reip. sanctione id decus committitur, ab hac solâ poterit repeti. Sive concurrentibus ad iudicium omnibus; sive Principi interpretante & exsequente, quae saluti publicae conveniunt. Simili ratione, quando sibi certâ successoris nominatione non prospexit civitas, quando nullâ lex fundamentalis alligat Principis voluntatem; solus superior liberrima facultate potest ob praedictas causas primogenitum omittere: sine praesumptione voluntatis, & consensu Reip. aut alterius praescripto. Quia tum solus est, qui primogenitum haeredem sibi constituit. Ex quo illud iterum conficitur, quod tum Patris arbitrio soli acceptam ferat primogenitus eam eminentim, non aliâ lege conferente jus: & ideo pater, non teneatur praecise allegare se ad observationem eam, ut eligat primogenitum. Id video etiam tradidisse Baldum, qui apud Tiraquellum censet c. l. n. 2. *quod rex in vita sua potest libere statuere atq; determinare, quis ex filiis post se regnaturus sit, an primogenitus, an secundo genitus.* Quod ipsum verum esse putat Tiraquellus, si nulla contraria consuetudo aut statutum reperiatur: & nullis fundamentalibus pactis successio sit circumscripta, ut in praecedentibus vidimus.

XLI. Potest tunc Rex Pater primogenito antepone-  
minores natu; poterit vel maximè ob causas graves illum omitte-  
re. Quin intrepidè asseram, vel negligi posse filios omnes, si Pater  
eos

57

eos non bonæ frugis deprehenderit. Nihil debet filijs pater Rex  
quoad regnum: sicut eligendo, aut præterito, civi nihil debuit,  
populus, liberrimè eligens; nullâ proinde injuriâ vel omis-  
sus civis, vel filius afficitur. Et eadem ratio, quæ in primoge-  
to, in reliquis militabit. Id nisi concederemus Regi, nullis pa-  
ctis alligato; plus posse populus sine imperio, quàm Princeps  
Majestate præditus. Sed judicium, & facultatem excludendi  
omnem stirpem regiam non putarem temere subditis debere per-  
mitti: nisi successio populi arbitrio determinetur. De hoc ita Ar-  
nistæus: (c) *Quod si jam ex posteris regis nullus sit ex amissim bonus, aut  
ex alijs sint universa stirpe regia meliores, an pro arbitrio subditis, ex-  
nuctonata prole regia, licet substituere, quemcunq; censuerit optimum?  
Aristoteles quidem id æquum esse censet in Rep. recens adornata, in qua  
jus nulli dum adhuc quæsitum est. Tum enim procedunt argumenta, ex  
utilitate publica petita. Verum postquam vel bello, vel jure heredita-  
rio jus alicui acquisitum, & longi temporis lapsu confirmatum est, ita  
consulendum est publico, ne vis inferatur privatis.*

XLII. Quod si cognitionem & censuram in vitam Regiæ  
sobolis excepit multitudo universa, non video quid impediatur illud  
asserere. Id tamen certò constare debet, animos excludendorum  
meram tyrannidem spirare; nec remedium pro stare huic malo, &  
præsentissimo periculo imminere ruinam civitatis, si illi admitte-  
rentur. Tum poterit ob prædictas causas communio illa civium,  
quæ sibi judicium de successione retinuit, præterire familiam re-  
gis, & sibi Optimum quemq; præficere. In tali enim Rep. parum  
distat ab Electione successio, populi subjecta. Idem dicendum  
de Principe Patre, cui plenaria permissa potestas, de successore no-  
minando. Tunc enim locū ac fundamentum habebūt, quæ aliàs de  
imperijs, pleno jure proprietatis haberi solitis, enunciant. Ubi mol-  
lienda illa loquendi formula est, ut hoc sensu interpretemur; Prin-  
cipi tum competere disponendi de regno liberrimam facultatem,  
nullis pactis, aut statutis limitatam, cujus beneficio regni succes-  
sores, etiam extraneum, possit pronunciare. Hæc explicatione to-  
lerari poterunt, quæ Grotius habet (d) ubi *quedam imperia esse in ple-  
no jure proprietatis, id est, in patrimonio imperantis, asserit: & hanc*  
D seque. §. XII.

(c) S. 8. n. 66.

(d) I. de l. B.

& P. c. III.

§. XII.

5-76.  
sequelam annectit; non quidem populum aut homines propriè a-  
ri, sed jus perpetuum eos regendi, quò populus sunt. Duriora sunt,  
quàm quæ principijs de collatione & Causa Majestatis quadrent,  
nisi benigniori declaratione juventur: & illa alienatio imperij,  
de arbitraria electione successoris, etiam peregrini, capiantur.

(e) L. LX. c.  
IX.

XLIII. Electione igitur Primogenitus succedit patri, sive  
populo suffragia ferat, per conventionem publicam & pactum cum  
patre, ne alium præter primogenitum proclamet hæredem diade-  
matis; sive ipse Pater proprium iudicium interponat. Hoc in  
imperio libero totum perficit successionis opus. Eximiè huc per-  
tinere videntur, quæ apud Leviũ (e) Perseus fratri, affectati impe-  
rii accusato, opponit. *Frater inquit, nõ commessantiũ invicem jamdiu  
vivimus inter nos: regnare utiq; vis. Huic spei tuæ obstat ætas mea, obstat  
gentium jus, obstat verustus Macedonia mos, obstat verò etiã patris judi-  
ciũ. Huc transcendere nisi per meum sanguinẽ non potes.* Planè politicũ  
de hac re iudiciũ, si cætera sana mēs delatori fuisset. Et vidè quæso,  
quàmper momenta civilia excrescat oratio. Magnum erat, allega-  
re ætatis prærogativam, cujus reverentiã moveri debebat frater.  
Sed cum parum præsidij in solis annis positum sciret, obtendit  
gentium jus, & pervulgatam consuetudinem, qua primogeni-  
tus regni successor declaratur. Verum cum & hic exceptioni lo-  
cus pateret; quod nimirum alijs gentibus, cum Macedonia regno,  
nihil commercij intercedat: auspicijs propioribus gubernan-  
dum id esse, nec alijs de regiminis formã per servilem somnolenti-  
am atque vecordiam, permittendam sententiam; controversiam  
fortius stringit, & MACEDONIÆ antiquissimum allegat MO-  
REM. Qui satis sufficiens erat decidendæ liti: interim quum ve-  
rustissima quæque, quasi longævi temporis vitio antiquata, vel ma-  
ximè disputationibus fatigentur; præsentissimum argumentum,  
opponit PATRIS JUDICIUM. Non poterat certiori fundamen-  
to inniti oratio, nec veriori sententia exprimi: licet verum crimen  
fuisset accusatum.

XLIV. Si Objicias, aliquando patre nihil constituyente suc-  
cedere filium, sæpè posthumum: vacillare ergò illud eligentis pa-  
tris arbitrium, Respondebo, id boni regis, prudentiæ minimè  
con-

511

congruere, ut in incerto sinat esse regni successorem; & adeo non  
inuitatas esse de postumis provisiones. Fac interim nihil tale ex-  
stare. Jam constare debet, affectum Paternum in filium tantæ vir-  
tutis esse, ut potius filium, quàm extraneum imperare velit. Nee  
magis filium optat Princeps ex se genitum, quàm post se regnan-  
tem. Ille tenerrimus amor plerisq; inest, ut sibi proximis asser-  
tum velint regium axioma: ne ipsi in suis vel contemnantur, vel  
patiantur quoq; injuriam. Inde igitur fit, quod filio, præ extero,  
decernat successionis prærogativam: neq; hic præsumitur con-  
trarium, nisi expressa disponentis sanctio id manifestissimè consti-  
tuat. Si vel maximè igitur Pater Rex decedat, nihil decernens de  
filio successore, præsumitur solita in suos benevolentia; quæ præ-  
sumptio stabilitur exinde, quod nihil adversus hanc decretum re-  
periatur. Quod verò Primogenito imprimis faveat ille amor,  
exinde proficisci quis putet, quod hoc nato, si nemo alius filiorum  
nasceretur, unus erat, cui maximè collatum regnum optaret: & eo-  
ipso quo natus solus est, hunc statim videtur nominare Pater, &  
destinare successorem: ne, si aliquid humanitus accidat, ad extra-  
neum devolvatur imperandi potestas.

XLV. His positis fundamentis, tranquillè componi pote-  
runt, quæ de Patru & Nepotis successione disputantur, acerrimo  
argumentorum conflictu. Intricata alias est quæstio, quod omnes  
fatentur, qui eam attigerunt. Videantur citati Arnisæo (f). Initiò  
erratum puto ab auctoribus, quod ad hæreditatem, & jus debitum  
primogenito alligaverint hanc disceptationem: confuderintque  
successiones civiles, cum imperialibus. Hoc fundamentum er-  
roneum impeditissimam peperit disputationem. Quo accessere  
privilegia legis civilis, aliquando feudalis consuetudinis, cum suc-  
cessione regnorum nihil commune habentia. Breviter. Præceden-  
tia fundamenti loco substernimus, & dicimus; Patrem habere li-  
berrimam potestatem relinquendi successionem, cuiusq; volue-  
rit: præsumitur interim favere primogenito, nisi contrarium pro-  
betur. Quare communiter eundem intelligitur antepone re cæ-  
teris. Hic interim primogenitus, licet à Patre nominatus expressè  
sucef-

(f) L. II. Rel.  
Pol. cap. II.  
S. 10.

54  
91  
77  
2778

successor, potestatem non habet, si ipsi adire regnum non  
gat, substituere alium; ita enim arbitrium patri adimeret,  
quod iniquum foret. Sed Pater repetit pristinam electionis  
cultatem. Huic fas erit, vel filium, vel Nepotem regali fastigio  
admove. Quod si decedat Rex, neutrum eligens, dicendum est,  
eligendi potestatem devolvi ad populum universum, vel eos, qui-  
bus à populo id commissum fuerit; hâc restrictione, ut alterutrum  
sumant in Principem. Præsumitur enim Pater filiis, vel tacitè,  
prospexisse, ne extraneo postponantur. Quod si consuetudo re-  
gni aliqua sit, quæ litem dirimat, alterutri tali conditione rerum  
assignans regnum, hâc standum est. Quod si populus arbitrium  
electionis suscipere nolit, sorti poterit controversia permitti. Ita  
congruè explicabitur intricassimum negotium.

XLVI. De filio nato ante regnum, pluribus etiam disce-  
ptant, si cum aliis, post acceptam patris regalem potestatem na-  
tis, concurrat; an ipsi illi primogenito, an posteriori regis filio, af-  
ferendus sit successionis honor. Citra negotium posse decidi litem  
ex nostris principiis arbitror. Indeterminatæ Patris libertati &  
hîc electionem permittimus; & justus erit successor, quem cunq;  
ille constituerit. Hæc præsumptio nato ante Regnum favet. Ni-  
mirum cum Pater evehitur ad solium, filius adest. Certum est,  
regem, si paullo post obire diem cogatur, unum illum ante regnum  
natum relicturum esse hæredem præ extraneo. Hæc destinatio  
parentis videtur durare etiam supervenientibus aliis liberis, donec  
de contraria mente satis constiterit. Hinc concludit Arumæus:  
(g) Hunc ipsum privato natum præferendum, nisi expressum constitui-  
onibus sanciat, primogenitum, Regi in dignitate constituto natum,  
succedere debere. Respicit ipsam nostram rationem. Nam si quis  
Princeps decederet, relicto uno filio, qui natus esset ante par-  
tum Principatum; tunc neminem successorem relin-  
queret: quod ratiocinationi civili minus vi-  
detur convenire.

(g) Vol. III.  
disc. Acad.  
de Jur Publ.  
X. §. 53.

δ. τ. θ.

1077

110

550.

al  
f  
f



*maximè Strenuo*

Mezrad, Serenif.

is Saxoniae Consiliario  
riorem Lusatiae Summae praefe-  
no, & Capitaneo gravissi-  
schwitz/Plischko  
rschitz.

*venusissimo*

ango Friderico

s Seniori & Consiliario  
igersdorff/Wiesa &c.

us & Patro-  
vis

dat, dicat Dedicat.

G. R. à Maxen.

ma  
fato  
libe  
cati  
ma  
ter  
exp  
vetu  
DEU  
Elec  
xisse  
bag  
infre  
Dia  
quaf  
di P  
tem  
fucc  
quib  
ri co  
per  
migr  
cura  
prin  
stor  
geni

